Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26594
Copyright: Admont, Benediktinerstift



participes efficiam da mihi virtutes tuas sancta qui
repletus ad altare tuum accedam ita ut hec
celestia sacramenta efficiant mihi salus et vita.
Tu enim dixisti ore tuo sancto et benedicto panis
quem ego dabo caro mea est et qui manducat
me vivit propter me et ipse manet in me et
ego in eo. Ego sum panis vivus qui de ce
lo descendi. si quis manducaverit ex hoc pa
ne vivet in eternum. panis dulcissime sa
na palatum cordis mei ut sentiam suavi
tatem amoris tui. Sana me ab omni lan
guore. ut nullam preter tuam sentiam dul
cedinem. Panis candidissime hujus omne
delectamentum et omnem saporem quem nos
semper reficis et inde nunquam deficis corde
dat cor meum et in dulcedine saporis
tui repleant viscera animae meae. Panis vive
panis pulcher panis munde qui descen
disti de celo et das vitam mundo veni in
cor meum et munda me ab omni inquinamen
to mentis et corporis. Intra in aedem meam sana
et sanctifica me intus et extrius esto tutamen et
continua salus corporis et animae meae. Repelle